

Das super peccatis pænitentiam.

Léctio libri Sapiéntiæ

12, 13. 16-19

¹³ **N**on est álius Deus quam tu,
cui cura est de ómnibus,
ut osténdas quóniam non iniúste iudicásti.

[14-15]

¹⁶ Fortitúdo enim tua iustítiæ inítium est,
et ob hoc, quod ómniū Dóminus es,
ómnibus te párcere facit.

¹⁷ Fortitúdinem enim osténdis,
cum non créderis esse in poténtia consummátus,
et horum, qui te nésciunt, audáciam tradúcis.

¹⁸ Tu autem, dominátor virtútis, cum cleméntia iúdicas
et cum magna indulgéntia dispónis nos:
subest enim tibi, cum volúeris, posse.

¹⁹ Docuísti autem pópulum tuum per tália ópera,
quóniam opórtet iustum esse humánum,
et bonæ spei fecísti filios tuos,
quóniam das super peccátis pæniténtiam.

Verbum Dómini.